



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 66. Poseniensis Protestantium tumultus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A. C. 1672.

§. LXVI.

*Posoniensis Protestantium tumultus.*

*Wagner vita  
Leop.*

Præceteris Strigoniensis Archiepiscopus in suis fundis permulta Tempula, necnon Gymnasium ab hæreticis recens erigi querebatur, & quamvis a Cæsare mixtos Catholicis Protestantibus Judices impetrasset, hique agnita causæ iniquitate pro Præsule pronuntiassent, hæreticosque a fabrica desistere iussissent, nihilominus hi Templum ad fastigium non sine summa contumacia, & Cæsarei decreti contemptu erexerunt, illudque sectæ suæ ritibus initiarunt, quocirca Præsul per octo militum cohortes urbis vicos & plateas obsidere, clavesque a Magistratu per Nigrellum Comitum repetere coactus, cives ad Curiam evocari iussit, quibus Cælaris voluntatem aperiens, Canonicum ac Fisci Consiliarium in Templi ac Gymnasii possessionem immisit. Tum vero recrudit tumultuantium furor; mox enim Lutherani turmatim confluerunt, atque Archiepiscopi Deputatos contumeliosis, multisque verberibus e Templo ejiciunt, omnemque populum æris campani sonitu ad arma convocant. Cæsaris mandata discerpunt, abrogataque veteri Magistratu omnia ad cruciatum



Sæc. XVII.  
A. C. 1672.

tam seditionem, Ianione tumultuan-  
tium duce, disponunt. Tempeſtive  
autem accurrunt præſidarii milites,  
atque impetu in ſeditioſos facti eos  
exarmant, popularemque furorem ſe-  
dant: inquiritur poſtea in præcipuos  
tumultus Auctores, quorum triginta  
læſæ Majestatis rei a ſingulari Judicio  
Tyrnaviæ conſtituto, capitis damnan-  
tur, quam tamen pœnam denuo cle-  
mentiffimus Cæſar mitigavit, injuncta  
mulcta pecuniaria. Gymnaſium vero  
æque ac Templum Jeſuitis adjudicatum  
eſt. Ex his ſat luculenter elucet, quod  
Cæſar in hos Præcones nequaquam ob-  
ſectam, ſed eorum rebellionem & con-  
tumaciam legum ſeveritate uſus fuerit,  
ceteris enim ſubditis Heterodoxis, eo-  
quod fideles permanſerint, priſtinam  
ſectæ libertatem confirmavit, quinimo  
Joannem Caſparum Ampringhenſem  
Hungariæ Proregem, eoquod ipſum  
nimis ſeveritatis inſimulaſſent, anno ſe-  
quenti abdicavit Magiſtratu.

§. LXVII.

*Carolus II. Angliæ Rex clam Catho-  
licis favens.*

Jam ante bienniam Carolus II. Angliæ  
Rex ſelectis Cliffordio, Arlingtonio,  
Buckinghamio, Ashleyo & Lauther-  
dolio,

*Orleans hiſt.  
d' Angl.  
Thoiras Ra-  
pin Hiſt.  
d' Angl. 1. 23.*

SS 2